

* N^o 2.

JOSEPHUS


SUFFECTUS ÆGYPTO,
SIVE PRÆFECTUS,
A V T P R O - R E X
A REGE MAXIMO
DESIGNATUS.

SUB EO INTEGUMENTO
ALLEGORICO-PERSONATA GRATULATIO
HABITA IN COLLEGIO CARMONENSI SOC. J.
DIE 15. FEBRUARII AN. 1756.
AD AUSPICATISSIMUM NUNCIUM
ILLUSTRISSIMI DOMINI
D. JOSEPHI FRANQUIS LASSO DE CASTILLA
EPISCOPI MALACITANI
NUPER A REGE INAUGURATI.

CUDEBAT HISP ALI N. N.



HISP ALI:
In Off. JOSEPHI PADRINO, in vico
Genuensi,



MISCELLANEA.

SI QUANDO aliàs Josephus dignus videri potuit; qui maximus videretur, Josephus, in quam, nobilissimum illud veterum Patrum ornamentum, &c., uti ipsius fert, & præfert nomen, Paternæ suorum nobilitatis incrementum singulare (R. adm. P. Collegii istius meritissime Præful, Fratrisque Illustrissimi illustrissimus Frater, germanus quidem, geminus, & quasi gemellus; Patres virtute, & litteris ornatisim; Religiosa, eaque Minervalis adoræ Juventus candidatas adstantes reliqui) Si quando, inquam, aliàs maximus jure merito existimandus Josephus fuit, illoc præfertim temporis, aut tempestatis, cum ab optimo Rege præ omnibus dilectus unus pariter ac delectus ex omnibus est, ut pro Rege Pro-Rex & ipse ex felici, sapientissimoque augure inauguratus, nedum unius Urbis caput, & Princeps, verùm totius Imperii Provinciæ Prælatus præsideret, Principi inter Optimates Regni Sponsas in matrimonio copulatus.

Verùm enim verò vix, & ne vix quidem argumentum poterit urgentius inveniri, quo, quantus, & qualis fuerit Josephus, velut digito commonstretur, quàm auspicata hæc à Rege justo meritorum æstimatore imposita sibi Prælatio, & commendata. Quippe quæ videlicet mirandam sane probitatem, integritatemque, rerum fato majorem folertiā, prudentiam perfectissimam, sapientiam consummatam in illo non obscurè deducere videntur, & indicare. Quæ omnia cum abunde in eodem conspicienda resplenderent, ne-

mini dubium esset, quin æquà omnibus bilance pen-
satis, id muneris Josephum, qui de eo bñemeritus
adeò censebatur, quasi suopte expõseret, vendicaret.
Id quod ut sibi, & nobis, qua ipsius ad nos spectat, &
spectat maximè sublimatio, grátulemür, unus ipse
omnium vices gerens Josephi gratulator, adsto coram
impræsentiarum.

Filius Isacidæ, genn altà à stirpe Parentum,
Matris delicium, deliciaeque Patris:
Qui cum stemmatibus sis nobilis ortus avitis,
Moribus ipsa tuis nobiliora facis:
Belle Joseph, sacri flos, intemerata pudoris,
Juncta pudicitiae quem bona forma probat:
Cresce, Puer, virtute simul cum corpore; rebus
Ut tua conveniant nomina, cresce Puer.
Cresce, Puer, meritum meriti Patris incrementum,
Cujus nempe tuo cresteti honore decus.
Cresce, tuam spectant miti incrementa juventam,
Queis super astras multeque, tuosque feras.
Nempe dein solio sublimis postus in alto
Dios sive Deos inter eris Proceres.
Et propè divino Princeps celebrabere cultu,
Cujus amet quisquam figere labra pedi.
Entibi (siqua fides somnis adhibenda sit ullis)
Ipse suum subdit: *Mitras*, solve jubar:
Cernuaque incurvata tibi cornua Luna, suoque
Omine præsago lumina signa ferunt.
Scilicet hic Princeps portenderis inde futurus,
Quem Sol, Luna, Polus, terraque tota colat.
Enim vero quām principati exerceendo dignissi-
mus, Dignitatique obtinendæ aptus natus extiterit Jo-
sephus,

sephus , si alius usquam alias , jam inde ab ipso ætate
ineuntis initio non obscura , ne dixerim clarissima , ip-
sem et habuit exhibuitque argumenta .

Haud referam pulcherrimas illas tunc corporis-
cum animæ dotes Jolephum mirificè ditantes , deco-
rantes ; quæ vel ab ipsis primis unguiculis magnum ali-
quod de eodem futurum spirabant , redolebant . Cre-
deres in ipsius fronte Venerem infedisse , nec dubitares ,
qui in eisdem oculis Charites , & Gratiæ commora-
rentur . Minerva , eaque Parthenos in facie locum sibi
delegisse , Suada ori facundiam instillasse , Mercurius
eloquentiam insu disce putaretur . Idque adeò profec-
tò , ut disertissimus ille Emmanuel è suo , quem nomi-
ne præfert , Thelauro illud de Josepho concinnare
non hæstarit :

Dulces Rachelis primitæ Josephi ,

Ut primus evadat , undecimus nascitur ,

Egregium aliquod meditante natura ,

Quæ tot exemplaria delineavit , ut num absolveret ,

Paternæ virtuti , maternæ pulchritudini cōpar ,

Ut impares fratum mores de suo typo corrigeret .

Mitto devinctissimum Parentis Jacob amorem ,
quem sibi inter primores fratum unus ipse vendica-
vit . Fiduciam illam taceo certissimam , quam à Do-
minis suis extorsit libenter , aut jure potius demeruit
meritissimo . Isthæc demum , & alia non inconsultus
prætero suæ veluti rudimenta juventutis , & quasi
prima lineamenta , quibus ex omnibus ad dominan-
dum , præsidendum & divinitus præsignatus Joseph
non immerito potest existimari .

Unum tamen id non possum etiā injuriā , quin
in medium afferam , & exponam : laudatissimum vi-
delicet illud Josephi Paepi somniantis augurium de-

Impe.

Imperio aliquando capessendo. Revocetis in mentem
quæso, Auditores sapientissimi, manipulum illum
celeberrimum Josepho in somnis exhibitum, & obiectum,
eundemque supra fraternos circumstantes longè
eminentem, quasi qui eorumdem venerationem
exciperet, & honorem. Quid hic, nisi futuram, pa-
ratamque à Deo Josepho dignitatem, quæ in vel ipsis
fratribus venerationi esset, velut ex umbra corpus,
adumbratam conjectabitis?

Ecquid de Sole, quid de Luna, quid de Stellis
illis commemorem Josephum ipsum dormientem pa-
riter adorantibus? An non satis, superque porten-
dere videntur, quām dominatui idoneus reapse in
posterum Josephus extitus; qui jam inde à puer
vel inter somniandum speciem occēperit agere digni-
tatis, in qua etiam Solem, Lunam, & Stellas ipsas,
sub ipsisque Parentes, Fratres, & Sorores personatos,
veneratores haberit demississimos?

Quid immoraris culmina maximi
Joseph honoris scandere? Vindicant

Id jure præfago futuri

Ipse tui decor, atque dotes.

Non sic decòrum Dardanius Puer,

Sese tonantis præstítit aliti

Pincerna dignus, qui Deorum

In superam raperetur arcem:

Nec tot refusit dotibus Hercules

Adhuc puerulus(dignus at is Jove)

Ut post Athlantem sustineret,

Quæ meruit, sacra templa cæli;

Ut tu supremis dignus honoribus

Videris inter vel puerilia

Jam prosequendus dignitate

Vir, sapiens puerile numquam,

Id nec sinistræ vocis ab omni;
Nec doctus extis concino : doctior
Sed sum tuæ virtutis olim
Redditus augurio , Josephe.

Jam verò orationis vestibulis quasi immorati hu-
eisque , Josephinæ Dignitatis primordia tantum , si-
ve præludia primoribus , ut ajunt , labris delibavi-
mus. Ad ulteriora , eaque rem propriè spectantia gra-
dum facere fas sit. In primisque integerrima illa Jose-
phi morum innocentia conspicienda venit. Ea scilicet ,
quæ gratiam ei vel apud Regios Proceres afferuit , con-
ciliavit : ea , quæ eidem ad supremos usque infra Re-
giam Majestatis gradus gradum fecit , & quasi pede-
tentim complanavit.

Nec probata minùs , non secùs comprobata ip-
sius scientia , prudentiaque resplenduit solertiissima ;
cui nempe adeò vel ipsi Primores Aulici fidebant , ve-
lejus accuratissimæ sollicitudini , ac curæ universa pror-
fus crediderint : tamquam qui omnia prævidens , pro-
vidensque , dignus in primis apparèret , qui vel ad
altissima quæcum munia obeunda , perficiendaque præ-
siceretur , omniaque *præpositus omnibus* gubernaret .

Haud insificiabor sua. Josepho perpriùs ante ele-
vationem discrimina exantlata fuisse , & experimen-
ta. Probè equidem novi ipsum caliginosis miseræ ser-
vitutis tenebris diutinè extitisse carceratum. Nec me
fugit , quantum ipsius , utcumque spectanda , virtus
in tenebricoso oblivionis ergastulo æque visa si quasi
sepulta delituisse. Quid autem ?

An non , justus cum esset ipse , & in imperium
electus , sive adlectus *tamquam aurum in fornace* per
adversa quæcum probandus erat , & explorandus ?
Pescio quis , illo occidente;

Quod

Quod ferrum auro facit, hoc tribulatio justis.

Rebus in adversis certa praedicta fides.

Latuerit, esto, aliquandiu veluti inglorius Josephus, & ignobilis, aut ignorans, sive ignoratus. Ecquid tamen exinde decrementi, aut detrimenti in sua merita, & decora derivatum est? Nonne potius aureum suæ virtutis pretium plus inde aestimationis obtinuit, sive existimationis? Quin & ipse auro, quod per ignem probatur, pretiosior apparuit, & spectabilior?

Scilicet non ea Josephi probitas, cui Claudio*n.* cum illud ultatenus valeret adaptari:

*Vile latens Virtus, Quid enim submersa tenebris
de 4. Consul. Ho- Proderit? Obscurò veluti sine remige puppis,
auri.*

Vel lyra, quæ retinet, vel qui non tenditur arcus.
Imo potius è regione id fuit ipsius gloriosum stemma, ut adversitatum umbris quantumvis fuerit occupatus, in tenebris ipsis tamen magis illuxerit, jubante longè splendidius diffuderit: stellarum profecto ad instar, quarum est vel ipsa in nocte nitescere, & resplendere. Dignus propterea, cui illud Musenii accommodarem paululum immutatum:

Omnia nox pullo tenebrarum velat amictu,

Mobile stellarum quæ solet esse decus.

Pulchrius in tenebris sidus micat absque tenebris,

Hoc terris Joseph Stella quod ista polis.

Invidia, & scelus in Joseph virtutibus altas,

Offundat tenebras, nox vice lucis erit.

Quid? quod ex tenebroso ipso tribulationum barathro, quod in alias alius immergendus videtur, illustrior Josephus emersit, & evasit splendidior? Quid? quod ipsa depressionis quasi ignominia, ad quam innocenter penitus devenerit, anima sibi extitit, & in causa

sa fuit, ut ad nobilissimum Magnitudinis apicem,
maximum supremæ Dignitatis fastigium veluti gradatim ascenderit.

Ut id quasi in propatulo collocetur, oculos in Josephum convertite, Auditores optimi. Animadvertisse Juvenem illum adhuc, Herculem utrum, in virtutis, & voluptatis bivio positum, egregiamque de se ipso, juxta ac de monstribus, aut feris lupis victoriam reportantem. Perpendite insimul, amabo, ut ipse, repudiatis vita molioris illecebris generoso voluptatis propinatae contemptu virtutem ad ardua vocantem, provocantemque secutus sit, & assecutus. Et, ut verbo omnia circumscripserim, videte, quomodo muliebrem interetricantis vocem audierit, fugerit, vicerit Josephus.

Conspiciens hercule simus, quanto illi constiterit hujusmodi palmam retulisse. Scilicet in quodcum lenocinantis Charybdis scopulum declinare contendit, in voraginosam calamitatum Scyllam impedit. Ut innocentiam sartam tectam tueretur, vitam in discrimen adduxit manifestum, optimam de se preconceptam opinionem impendio expositam cognovit; & demum deperdita libertate, in miseram incidit captivitatem, & vincula.

Optimi sane Josephi conditio miseranda! Quia videlicet vix, & ne vix quidem primo obtutu quidam infelius videri posset excogitandum! Ast longè aliter sentiendum, si rei eventus perpendatur. Scilicet si Sol incassum vallatur nubibus, & obvelatur, qua frustra oppositæ ipsius instant, non obstante splendori, ut potè qui hinc clarior enitescit, haud lecus Josephus, tantum absuit, ut calamitatum jacturis impeditus quidquam detrimenti sustinuerit, quin po-

taius plurimum è contrà glorie, & honoris exinde accesserit ipsi, & acreverit: verissimum reapse illud ias-
se probans, & comprobans, quòd nempe
Clarior post nubila Phœbus.

Fuerit equidem venditus à Fratribus Josephus, ne-
ab eis adoraretur ex Gregorio; at ideo ex eodem adora-
tus est, quia :: Venditus. Servum egerit, diutinæ tra-
ditus servituti; at quæ in dominium, dominationem-
que fortunatæ metamorphosi descivit. Vinculis addic-
tus fuerit, & constrictus. Sed isthæc, verbis ex Venu-
fino mutuatis, nec immutatis, addunt vincula decorem;
ex quibus gloriosius liber evolavit. Caliginoso obtene-
bratus diu jacuerit ergastulo. Ast è cuius vel Cimmeriis
tenebris admirabile, clarissimumque nobilitatis lu-
men, & nomen Josepho Deus eruit, ut per orbem
splendesceret universum:

Verum enim vero necdum benè Josephus servi-
tutem subierat Ægyptiæ Domini, & enjam tum Do-
minum agere occipiebat universorum, domui toti,
Dominique servis servus ipse superstans. Conjectus in
carcerem Carceris Principem sibi ita deuinxit, ut Prin-
ceps ab eo super omnes vincitos constitutus sit, sibique
substitutus. Quin & in eisdem carceris tenebris specta-
bilis magis splenduit, & insignis, mirandam sui virtu-
tem, prudentiamque admirandam coram exhibens, &
ostentans. Dun scilicet tam quam optimus augur, &
auguriorum Enucleator eximus fidelissimum juxta ac-
acutissimum se præsttit in abstrusis interpretandis ar-
canis, secretisque edocendis: privatim porro, & pro
privatis primi: deincepsque, & idcirco palam, seu
publicè pro Regis, Regnique totius publicâ utilitate.
Id quod illum non modò è servo liberum reddidit am-
plissimè donatum libertate, verum ad altissimum Dig-
nitatis

Nitatis culmine, & unius Regiae inferius extulit manuductum.
Ut inde satis, superque innoteat, quatenus ipsa,
qua videbatur Josephi abjectio, & ignobilitas, semen
potius exticerit fecundissimum, quod sibi & segetem
gloriae maximam, & summam felicitatem, & Majes-
tatem penè Regiam, seu Dignitatem pepererit, & pro-
tulerit.

Obrutus esto Polus nimbis hyemalibus extet,

Tempora veris erunt,

Nec semper imbræ concident.

Sole rubescente æthereus dum purpurat axis;

Nuncia signa refert

Serenitatis prodromia:

Non obserunt semper tibi, candida Luna, labores;

Clarius ipsa iterum

Amissa sumes lumina.

Spicea dona cremans eadem Sol mutat in aurum;

Vitis & è gemitu

Mox margaritas procreat.

Haud secus en, Joseph, pœnis jactatus iniquis;

Causa salutis erunt

Tormenta quæque sustines.

Nam veluti scopulum ditem fecere procellæ;

Siccine dives opum

Pœnis ab ipsis redderis.

Quot priùs ærumnas passus, tot gaudia refers;

Vincula sunt detomi,

Pennasque præstant vincula.

Et en ad ultimum, idemque præcipuum argu-
menti sensim tandem devenimus. En videlicet Jose-
phus ex infimo ignobilis gradu quasi gradatim per
alios quosque ad supremum nobilitatis, Dignitatisque
apicem configurgens, elevatus. En ut, fortunæ rotæ con-
voluta,

22

volunt, mirandam expertus sit de decorum in decora
mirationem mutuò mirificè respondentem.

En, ut pro contemptu priori gratiam Regis inie-
rit: pro exilio exaltationem: pro manuum labore an-
ulum aureum: pro pallio detracto stolam byssinam ac-
quisierit: torque auream pro compedibus: pro
squallore currum Regium; venerationes pro abjectione:
pro adulteria amandata voluprate sponsam accepit
nobilissimam: pro vinculis Principatum, aut Praefulsi,
seu Principis Majestatem: & tandem pro servili condi-
tione Regale Pro Regis munus obeundum obtinuerit.

Isthæc isthæc Josephi meritorum commendatio maxi-
ma: isthæc eorumdém compensatio magni habenda: & eò
pluris profecto, quò ea omnium à Rege Josepho tunc
exhibendarum maxima poterat recenseri; & quò à Re-
ge siebat æquiori meritorum ponderatore. Ast eò exis-
timationis Josephum citra controversiam extulit scien-
tia illa, seu prudentia singularis, quæ in abstrusissimis,
supremisque arcans penetrans, & referandis longè,
latèque vel ipso Rege testante, visa est excelluisse. Cui
parem aliam, sive consimilem tanto muneri ferendo
vel ipse Rex prudentissimus offendendam diffitebatur.
Is propterea, cui illud nec scio cujus admodum quadrans
venerit adscribendum:

Cessit aristarum culmus in honorum culmen, & cumulū.

Et hic occasionem captans non abs re attexere po-
teram, qui Josephus Dignitatem suam adierit; quia mu-
nus vigilantiæ exercuerit: quia demum ratione inferio-
rum venerationem sibi conciliarit. Poteram itidem
ediferere, quid sub allegorico hoc Josephi involucro,
venerit innuendum? Prælatum nempe Ecclesiasticum
denuò nuncupatum, novum manus primum ineun-
tem; si à summi sub sellii autographis standu n. sit.

Vc-

13

Verum hæc, & alia benè multa hujusmodi libens, vo-
lensque prætermitto, nè longius justo procedam, &
propositos mei munieris prætergrediar cancellos, quod
una gratulatoris persona cōtinetur, & circumscribitur.

Quod ergo reliquum superest, gratulationi acceda-
mus, clausulam apposituri. In idque rei te apellem
identidem, & compellem, Optime Joseph, quem Domi-
num Domus sua, seu Præsidem, aut Pro-Regem Rex
constituit. Plurimum est, cur tibi plaudam vehemen-
ter, quod ita excelsam nactus Dignitatem. Tuque, ò
Imperi designata sedes, Provincia Josepho destinata,
iterum, atque iterum vicissim exilias, & exultes, tan-
to commissa Principi, & commendata:

*Gratare Saperis, Patria, & talēm Virum
Sortita, justos pone, qui te angunt, metus!
Et tu futurus dulce præsidium Imperi,
Josepho, dignos recipe, quos pudor, & fides
Meruere, fructus. Livor incassum malus.
Posthac honoris debitum invideat gradus.*

Elegidorum elucidarium,

sive accommodaritum.

Hæctenus obductis dedimus modò sensa tenebris:

Jam tenebris demptis pandere sensa licet.

Plausibus extulimus, seu plausimus ecce Josephum,

Gaudia vestra, Rachel, gaudia vestra, Jacob,

Fallimus: hoc aliud sub nomine nomen habendum,

Aut aliud simili nomine numen adest.

Plaudere Musa tuum sub aperto nomine nomen

Noluit, offensus ne foret inde pudor.

Hinc sub Josepho, cum quo cognatio tanta est

Nominis ulque tibi, nomina vestra canit.

Te loquor absentem, positis cum nomine signis,

Q)

12
O decus Illiberis, Fratqui adumque decus!
Fabula narratur, mūrato nomine, de te.
Fallor idem ac Joseph nominis omen habes;
Nobilis ille Patrum generoso sanguine cretus
Obtinuit veteri nobilitate Patres.
Et tibi nobilitas vetus est in utroque Parente,
Illiberis testis, Genua testis erit.
Et puer ille Joseph vix cœpit crescere, cœpit
Incrémenta sui nominis ecce dare.
In puerō senis ipse gerens augmenta, Josephē,
Præfers speciem nominis ipse tui.
Ille puer visus summos habiturus honores:
Quid spirare altum visus es ipse puer.
Cum Stellis Sol, Luna manet sibi testis, habendæ
Mox Majestatis præscia signa suæ.
Et tibi Doctores stellarum, aut Solis ad instar
Testis erunt, meritum qui coluere tuum.
Nec res eventu caruit, Nilotica tellus
Dicat, te, Joseph, dum genuflexa colit.
Dicat & ò felix jam jam modò Malaca, Joseph,
Quæ cupit usque tuos sternier ante pedes.
Delituit longè tenebris ignobilis ille;
Et merita ignoti delituere tui.
Carceris è tenebris illustrior exiit ille;
Et tua vita latens jam magè clara micat;
E tenebris Joseph ad culmen honoris adivit;
Ipse diu ignotus jam super astra subis.
Illum constituit Rex uno Rege minorem;
Rex te majorem se modò Rege facit.
Ille Canopeo Pro-Rex supremus in orbe,
In Malacitano tu modò Præful ades.
Principis ille subit solium regale, Sacerdos

Et

47

Et tu Pontificis regia strata capis.
In signum insignis data Josephi aurea torquis;
Et tibi torquis erunt aurea signa Crucis.
Et data Josepho in vestem stola byssina; candens
Inque humeris, Joseph, vestis habenda tuis.
Venturæ in pignus fidei datur anulus illi;
Anulus inde tibi Pontificalis erit.
Nata Sacerdotis sibi Sponsa locatur; Joseph
Malaca Pontificis Sponsa futura tua est.
Felix o nimium, Josepho Praefide, Nilus!
Malaca nec Joseph Praefule læta minus.
Nile Pater, gaude, gaudie modò Malaca, Joseph
Praefide sive tuo, Praefule sive tuo.
Vos socii, aut sociæ mecum ingeminate Sorores;
Quos Josephini nominis ardet amor:
Vivat uterque, suis Joseph sit ut Incrementum,
Nomine cum factis conveniente suis.
Dicite, Nestoreos Josephus uterque per annos.
Vivat, & è nostris augeat ille suos.

Opella clausula, Co nuncupatio.
Quod dicimus, aut dicamus
Tui nominis dignitati,
Authoris majestati,
Joseph, accipias, amamus;
Dum gratulationem damus
Ob tui honoris augmentum,
Futurum inde argumentum,
Quod tuum nomen majoris
Nominis tibi, aut honoris
Majus erit incrementum.
DIXI, ET CECINI.

Die zu Posenie liegende Gasse, die hier
zu den unzähligen anderen führt, welche die
Stadt in ein reiches System von Gassen und
Plätzen verwandeln, ist eine der ältesten und
schönsten. Sie ist eine der breitesten und
längsten, und sie ist eine der am meisten
verzierten und geschmückten. Sie ist eine
der am meisten frequentirten und beliebtesten.
Sie ist eine der am meisten geschäftigen und
lebhaften. Sie ist eine der am meisten
charakteristischen und ausdrucksstarken.
Sie ist eine der am meisten eindrücklichen und
impressionistischen. Sie ist eine der am
meisten eindrückenden und charakteristischen.
Sie ist eine der am meisten eindrückenden und
charakteristischen. Sie ist eine der am
meisten eindrückenden und charakteristischen.

Die Gasse ist eine der ältesten und
schönsten. Sie ist eine der breitesten und
längsten, und sie ist eine der am meisten
verzierten und geschmückten. Sie ist eine
der am meisten frequentirten und beliebtesten.
Sie ist eine der am meisten geschäftigen und
lebhaften. Sie ist eine der am meisten
charakteristischen und ausdrucksstarken.
Sie ist eine der am meisten eindrücklichen und
impressionistischen. Sie ist eine der am
meisten eindrückenden und charakteristischen.
Sie ist eine der am meisten eindrückenden und
charakteristischen. Sie ist eine der am
meisten eindrückenden und charakteristischen.



